

64

1303-1415. Νοταριακές και διοικητικές πράξεις. Χάνδακας [λ].

Χ. Γάσπαρης, *Η γη και οι αγρότες στη μεσαιωνική Κρήτη (13^{ος}-14^{ος} αι.)*, Αθήνα 1997, σσ. 299-395, αρ. Α1.1-Α16.2 και Β1-Β21⁹⁹.

ΣΥΣΤΑΣΗ ΣΥΝΤΡΟΦΙΑΣ ΕΚΤΡΟΦΗΣ ΧΟΙΡΩΝ

Χάνδακας, 1339, 25 Ιανουαρίου

«Eodem die.

Manifestum facimus nos Nicola Ialina et Johannes Carela, ambo habitatores casali Charonissi, cum nostris heredibus, quia unam nostram societatem taliter affirmamus, quod ego suprascriptus Nicola ex una parte sum contentus habuisse et recepisse a te suprascripto Johanne porcas quinque, quas quidem pasculare et custodire teneor omnibus meis expensis, amodo usque ad annos tres proxime venturos completos, tale quidem modo quod ipse porche et omnes ex ipsis nasciture ex tunc in antea inter nos debent esse communes, itaquod in fine cuiuslibet anno debemus dividere inter nos equaliter tam masculini quam feminini generis filios earundem et, si contingerit quod infra suprascriptum terminum aliqua porca vel aliquae ex dictis porcibus morirentur vel perderentur, debeamus semper conservare dictum capitalem ex filiis femeninis ipsarum. Completo vero suprascripto termino annorum trium, debeamus ipsum capitalem, videlicet dictas porcas, dividere equaliter inter nos. Tamen in nostro tali debent esse periculo mortis et latronum claresfactum, in quatuor erit de ipsis porcibus et eorum natis suprascriptis ad hec antea.

Ego suprascriptus Johannes Carela ex altera parte sum contentus accedere et observare omnia et singula, que superius et inferius continentur. Si quas pars et cetera, yperpera quinque pro pena.

Testes: Nicolaus Brixiano, Johannes Marino, Franciscus Beli et presbiter Johannes Sulimano.

*Complere et dare*¹⁰⁰.

ΠΑΡΑΧΩΡΗΣΗ ΑΜΠΕΛΙΟΥ ΣΕ ΓΟΝΙΚΟ

Χάνδακας 1357, 16 Απριλίου

«Die XVI, mense aprilis, indictione X.

Manifestum facio ego Bartholomeus de Grimaldo, habitator Candide, quia cum

99. Το υπ. αρ. Α5.1. έχει επαναδημοσιευτεί στο Παπαδία-Λάλα, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 219-220, αρ. 7 (πρβλ. σχετ. λήμμα 134 του παρόντος). Επίσης τα υπ. αρ. 1, 3, 4, 6, 7 έγγραφα έχουν επαναδημοσιευτεί στο *Il miglior vino del mondo*, σσ. 35-36, αρ. 3· σσ. 37-38, αρ. 4· σ. 41, αρ. 5· σ. 83, αρ. 1· σσ. 89-90, αρ. 5 (πρβλ. σχετ. λήμμα 23 του παρόντος).

100. σ. 390, αρ. Β5.16.



meis heredibus do et imperpetuum concedo in gonigo tibi Johanni Vurgari, habitatori Candide, et tuis heredibus unam peciam vine, plantatam vitibus monovasiensibus, positam in loco nominato Vathi, michi pertinentem iure mei feudi de Stamni, que a facie levantis confiniat cum vinea Johannis Ystrigo, a facie ponentis cum vinea Stafani Dramitino, a facie boree cum vinea Michael Gradonico et a facie austri cum vinea suprascripti Stefani Dramitino, amodo in antea cum plena virtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, affictandi, disffictandi, vendendi et alienandi et omnes alias tuas utilitates in ea et ex ea faciendi, tamquam de re tua propria, nemine tibi contradicente, semper tamen cum onere suo. Quam quidem vineam teneris et debes anno quolibet temporibus congruis et consuetis bene et convenienter aptare, videlicet cerpire, çapare, discafiçare, catavoliçare et secundum usum ilius contracte lachiçare et ipsam vineam cum trafis et fossatis suis in culmine manutenere et conservare omnibus tuis expensis. Et omni anno tempore vindemiarum super patiterium debes dare et deliberare michi vel meo misso totam et integram terciam partem totius vini musti et usufructum provenientum de ipsa vinea, reliquis duabus partibus in te retentis, sub pena dupli pro quolibet termino. Tamen licitum est tibi vindemiare dictam vineam ad tuum libitum, notificando id michi per dies tres ante quam incipiatur vindemiari. Ego autem solvere et satisfacere debeo terciam [partem] expensarum, que anno quolibet tempore vindemiarum fiunt pro vindemiatura, portitura et folatura fructus dicte vinee et tu solvere debes reliquas duas partes ipsarum expensarum. Si igitur et cetera. Pena hyperperorum XXV

Contractu firmo.

Testes: Andreas Goro et Johannes Dario et Georgius Eno.

Complere et dare.

Dedi»¹⁰¹.

65

1303-1518. Οι Ασσίζες της Ρωμανίας και άλλα σχετικά έγγραφα. Αθήνα, Βενετία, Κέρκυρα, Νεγροπόντε, Πελοπόννησος, Νάξος [λ, ι, γ].
G. R e c o u r a (ed.), *Les Assises de Romanie*, Paris 1930¹⁰², σσ. 65-

101. σσ. 376-377, αρ. Β.1.4.

102. Για τις Ασσίζες της Ρωμανίας βλ. ενδεικτικά: P. Topping, «The Formation of the Assizes of Romania», *Byzantion* 17 (1944-1945), 304-314· του ίδιου, *Feudal Institutions as revealed in the Assizes of Romania, the Law Code of Frankish Greece*, Pennsylvania 1949 (μαζί με μετάφραση του κειμένου των Ασσιζών στα αγγλικά) (= P. Topping, *Studies on Latin Greece A.D. 1205-1715*, London 1977, αρ. I)· D. Jacoby, *La féodalité en Grèce médiévale. Les «Assises de Romanie» sources, application et diffusion*, Paris-Hage 1971· του ίδιου, «Les «Assises de Romanie» et le droit vénitien dans les colonies vénitiennes», *Venezia e il Levante fino al secolo XV*, *Atti del I Convegno internazionale di storia della civiltà veneziana*, Firenze 1973, σσ. 347-360 (= Jacoby, *Recherches*, αρ. IV).

